



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

15 Inter clarissimos, spectabiles, ac illustres recensetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

15 Quare * inter Clarissimos recent-
setur in l. 1. l. laudabile 4. & l.
restituendæ 6. C. de Aduocat. di-
uers. Iudic. idemquè testantur
Peregr. dicto num. 15. vers. &
Clarissimus, Mastrillus de Magi-
strat. lib. 5. cap. 8. num. 70. Ga-
briel Berart. in speculo Visitato-
rum cap. 12. num. 2. Larræa di-
cta allegat. 1. num. 25. vers. Cla-
rissimus. Spectabilis appellatur
in l. in sacris scrinij 12. §. mo-
dum C. de Proximis Sacrор. scri-
nior. lib. 12., & §. vetus in fine
Auth. de Iudicibus, quod pari-
ter obseruarunt Mastrill. dicto
cap. 8. num. 72. Berart. dicto nu-
m. 2. circa medium, & Larræa in
præcitata allegat. num. 25. vers.
nominatur. Diciturquè Illustris

a

à Chassanæo dicta considerat. 33.
Peregr. dicto num. 15. vers. ut
etiam, Alfaro dicta glos. 31. nu.
1. post medium vers. Illustri, Mu-
ta dicto tit. 5. num 6. vers. & Il-
lustri. Quos titulos Clarissimi,
Spectabilis, & Illustris non nisi
magnis dignitatibus, quales e-
runt Consulum, Praefectorum,
Præsidum, & Senatorum con-
cedi consueuisse ponderat ad de-
cus Aduocati Fisci Amaya dicta
l. final. cap. 3. num. 8. vers. qua-
propter, eorumquè etiam me-
minit Reuerendissimus Scan-
narolus dicto cap. 4. num. 6.

Cumquè in l. olim 11.C.Theo-
dosiano de Palatinis Sacrarum lar-
gitionum, statutum fuerit, vt
nullus vltra definitas dignitates,

Q ne-

nequè annonas , nequè strenas
perciperet , ea scilicet dona , quæ
Imperatores Kalendis Ianuarij
manu sua distribuere solebant
in Viros spectabiles ; ad huius-
modi honorem admisum quo-
què fuisse Aduocatum Fisci pro-
bat tex. in d.l.laudabile 4. C. De
Aduocat. diuers. Iudic. ibi , Iube-
mus Viros Clarissimos Fisci pro
tempore patronos fori tuæ celsitu-
dinis solemni die festivitatis Ka-
lendarum Ianuariarum inter spe-
ctabiles Sacri Consistorij Comites
diuinæ nostræ serenitatis manu
punctos consequi solatia . quod
latius explicat , & confirmat
Amaya in præcita l final. cap. 3.
ex num. 9. usque ad 16. ex hoc
16 inferens * num. 11. connumerari
in-